

QUID AUTEM DE CORPORIS. Prosa septima in qua docet Philosophia
 in voluptate beatitudinem non esse. Et circa hoc duo facit. Primo
 enim ostendit quod in voluptate non potest esse beatitudo. Secundo
 ostendit quid mali consequitur omnem voluptatem metro septimo ibi
 HABET HOC. Circa primum duo facit. Primo ostendit propositum de
 voluptate generaliter, secundo de quadam speciali voluptate¹ qua
 licitum est uti ordinate cuiusmodi est voluptas que consistit in
 actu matrimoniali ibi (12) HONESTISSIMA. Quod autem in voluptate
 non possit esse beatitudo probat dupliciter. Primo propter
 incommoda que comitantur voluptatem. Secundo quia tunc beatitudo
 esset in bestiis ibi (8) QUE SI BEATOS. Primo ergo ostendens
 incommoda voluptatem comitancia dicit (1) QUID LOQUAR DE VOLUPTATIBUS
 CORPORIS scilicet numerando eas que spectant ad beatitudinem QUARUM
 APPETENCIA id est cupiditas PLENA EST ANXIETATIS anxietur enim homo
 quando caret eo quod cupit SACIETAS VERO PENITENCIE scilicet plena
 est quasi diceret patet quod ad beatitudinem spectare non potest
 cui tot incommoda sunt annexa scilicet² anxietas et penitencia.
 Narrat Valerius ad Rufinum quod cum Demostines emolliretur ad
 thalamos Thaidis meretricis et illa ut consensum preberet centum
 talenta peteret respondit aspiciens in celum: non emo tanti³

a

 1 speciali voluptate JO voluptate in speciali R voluptate specialiter P /
 2 scilicet PO om. R id est J / 3 tanti RPO tantam J /

penitere. Sciebat enim quod ^u voluptatem inseparabiliter⁴ concomitatur
penitencia. Nec tantum hoc incommodum est in ^u voluptate sed multa
alia, unde subdit (3) QUANTOS ILLE scilicet ^u voluptates MORBOS, QUAM
INTOLERABILES DOLORES QUASI QUENDAM FRUCTUM NEQUICIE SOLENT REFERRE
id est afferre CORPORIBUS FRUENCIUM⁵ ! quasi diceret satis patet.
Seneca in quadam epistula (que sic incipit: petis a me) loquens de
hiis qui propter ^u voluptatem gule ^u varietatem ciborum⁶ querunt, dicit:
multos morbos multa fercula fecerunt. Cum ergo ^u voluptas corporis tot
incommodis in^uvolvatur^u necesse est quod tristem exitum habeat et ideo
dicit (6) QUORUM MOTUS scilicet corporum QUID HABEANT IOCUNDITATIS
IGNORO. Philosophia enim cum sit rationalis tantum et incorporea
iocunditatem corporalem experiri nequit. (7) VERO pro set TRISTES
ESSE EXITUS VOLUPTATUM INTELLIGIT QUISQUIS VOLET REMINISCI SUARUM
LIBIDINUM. Deinde cum dicit (8) QUE SI BEATOS probat idem ducendo
ad incon^uveniens, unde dicit QUE scilicet libidines SI POSSINT
EXPLICARE BEATOS, NICHIL CAUSE EST QUIN PECUDES QUOQUE BEATE DICANTUR
QUARUM OMNIS INTENCIO FESTINAT AD EXPLENDAM CORPORALEM LASCIVIAM. Ex
illa eadem ratione probat Philosophus⁷ felicitatem non esse in ^u vita
^u voluptuosa (primo ethicorum).⁷ Deinde cum dicit (12) HONESTISSIMA

295.19

- 4 ^u voluptatem inseparabiliter JO inseparabiliter ^u voluptatem RP /
5 fruencium RPO fruentum J / 6 ciborum RPO ciborum potuumque J /
7 philosophus felicitatem non esse in ^u vita ^u voluptuosa primo ethicorum
POD philosophus primo ethicorum felicitatem non esse in ^u vita
^u voluptuosa R philosophus primo ethicorum felicitatem non esse in
^u vita ^u voluptuosa primo ethicorum J /

ostendit beatitudinem non esse in illa voluptate qua utuntur
 homines ordinate, cuiusmodi est voluptas qua utitur homo secundum
 legem matrimonii ad suscipiendum prolem cuiusmodi usus licitus est
 et honestus habet tamen anxietatem frequenter annexam ratione
 cuius non potest in ea esse beatitudo. Unde dicit HONESTISSIMA
 QUIDEM FORET CONIUGIS LIBERORUMQUE IOCUNDITAS scilicet si nichil
 adversi esset annexum SED NIMIS E NATURA id est extra naturam
 DICTUM EST quia⁸ natura hoc abhorret⁹ NESICIO QUEM¹⁰ id est tamquam
 nesciam¹¹ taceo FILIOS INVENISSE TORTORES. Eutropius in historia
 Romanorum libro sexto¹² narrat de Metridate, qui contra¹² Romanos
 regnum Asiae invasit, quod¹³ tandem in suos deveniens duos filios
 proprios¹⁴ occidit cumque tertium persequeretur ille conciliato
 sibi exercitu reduxit eum contra patrem. Qui obsessus¹⁵ de
 altissimo muro precabatur filium quem cum inexorabilem comperisset
 exclamavit, quoniam Fervaces¹⁶ (sic enim vocabatur filius eius)
 iubet mori vos si estis dii patrii precor ut quandoque ipse hanc
 vocem audiat a liberis¹⁷ suis sicque habens filium persecutorem se
 ipsum interfecit. Nec tantum mali filii anxiant patres quin etiam

a VI xii

8 quia JO quod RP / 9 abhorret RPO adhorret J / 10 nescio quem RO
 nescio quid P nescio quam J / 11 nesciam PO nescia RJ / 12 contra
 PO circa RJ / 13 quod JO qui RP / 14 filios proprios JO proprios
 filios R filios suos P / 15 obsessus J / 16 farnaces RO fervaces PJ /
 17 liberis PO filiis R labiis J /

Farnaces

boni paternam iocunditatem impediunt dum propter intensam dileccionem circa eorum custodiam ^u vel promocionem sollicitantur, quibus si aliquid ^u aduersi contigerit se infelices reputant. Unde dicit (14) QUORUM scilicet liberorum QUAM SIT MORDAX id est anxia QUECUMQUE CONDITIO scilicet ^u sive bona siue ^u mala NEQUE ¹⁸ NECESSE EST ¹⁸ ADMONERE TE ALIAS EXPERTUM scilicet mordacem condicionem liberorum NEQUE scilicet necesse est admonere te NUNC ANXIUM. (16) IN QUO PROBO id est approbo SENTENCIAM EURIPIDIS MEI scilicet qui philosophie studuit QUI DIXIT CARENTEM LIBERIS INFORTUNIO FELICEM ESSE.

[III m 7]

HABET HOC ¹ VOLUPTAS metrum septimum quod dicitur iambicum anapesticum, quia habet primum pedem semper ² anapestum reliquos iambo, dimetrum ³ id est quatuor pedum, cathalectum id est sillaba deficiente quia post tres pedes remanet una sillaba tantum de quarto pede. In hoc autem metro docet quid mali consequitur omnem ^u voluptatem. Omnis enim ^u voluptas preter anxietatem quam habet annexam de qua dictum est brevis ⁴ est et transitoria ⁴ quod confirmat hic per exemplum dicens OMNIS VOLUPTAS HABET HOC scilicet quod modo

18 neque necesse est RO nec necesse eciam P neque necessaria est J /

1 hoc R om. P hec J h' O / 2 semper JO om. R super P / 3 dimetrum JRO detra metrum P / 4 brevis est et transitoria RPM om. JO /